Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



&Amon interpretatur populus turbidus hoc est. qui confidunt in multitudinem & non in simplicitate. Analech interpretatur lingua terra.

Quicumq; enim aduersus populum dei comedet & caelestem panem sorbet lingua & terra sicut serpens alienigene. Vbi dicitur alienigene in hebraico habet philistim.

philistim autem interpretatur cadentes potione hoc est. qui ebriatus de calice diabuli & ebrietate cecidit.

Cum habitantib: tyrum. Tyrus lingua hebraea angustiae & tribulatio quidem fuerunt esse peregrini isto seculo facti sunt habitatores eius.

Isti ergo qui expugnant populum dicti habitant in sorte hoc est. in angustiae & tribulatione animae suae.

Iste ergo tantae gentes quae pugnant aduersum se. uidemus quae habent principem saluatorem an diabulum quid sequitur.

& enim assur uenit cum illis. assur nabochodonosor aduersarius dicitur qui populum dictum duxit in captiuitatem.

Licet uideantur gentes habere plurimas praedimicantes. tamen principem habent assur hoc est diabulum qui facti sunt inadiutorium filiis loth.

Loth interpretatur declinans. demones quia ante fuerunt angeli & postea cum diabulo ceciderunt & facti sunt satellites eius. Sicut scriptum est. in apocalipsin ioh. quia draco cecidit & traxit secum tertiam partem stellarum.

Ergo quid dicet. Isti qui uenerunt cum tantis gentibus: & expugnauerunt populum tuum & uenit cum eis assur & principem habent diabulum & expugnant populum tuum.

Facti sunt in adiutorium filiis loth. hoc est. demonibus: qui ante declinauerunt hoc operantur quod & demones.

Videtur quia difficillima locuta sunt. uidetis quod obscura sunt & in singulis sermonibus: magna sunt sacramenta. & necessitate compellimur inuerbis hebraicis & plenus mysterium diuinus in mortuis.

Neq; enim nunc rethorico cultu eruditi amur: sed id quod aspus scriptum est. interpretamur. Nisi enim sic interpretemur ut diximus. quid possit esse ecclesiis christi legere tabernacula idumeorum & christi maledicta & caetera nomina. Qui ergo uenerunt contra populum tuum. Videamus ergo quid eis interpretatur psalmista. Fac eis sicut madian & sisara. Legistis iudicum libro. Iste madian quae expugnauit gedeon & sisara & iabin. iabin & sisara

Isti sunt quos expugnauit debbora & barach

in torrente cison.

37